

Maffeus promisit solvere Fragotto Salsamentario, nec tamen soluta probantur. Corsii remanent creditores dictæ summæ scut. 1532, & alterius scut. 1100, quæ proinde veniant compendiae cum censu, & fructibus pro quibus agit Maffeus. Quia error duarum priorum partitarum excluditur, advertendo, quod licet utraque proveniat ex solidationibus antecedentibus, haec solidationes sunt omnino distinctæ, & continent debita penitus separata, cum altera facta fuerit cu Paullo, & Alexandro, sub die 30. Aug. 1613, partita verò scut. 1531, proveniat à solo Alexandre, & solidatione cum ipso solo facta post viginti octo dies, quæ diversitas \* causæ, personarum, scripturarum ac temporis demonstrat diversitatem debitorum, ac summarum, l. quingenta in fin. ff. de probat. l. si is qui ducenta in princ. & ibi gloss. ff. reb. dub. Aym. consil. 282, n. 1, & 2. Surd. consil. 80, n. 10, & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 213, n. 11, & seqq. Rot. in Romania seu Camerinen. Pecunaria 6. Februarii 1626, coram bon. mem. Remboldo. Alia similiiter partita scut. 1100, quæ de mādato Castrorum Maffeus promisit solvere Fragotto ilorum creditori, debuit in eorum debitum, & respectivè creditum Maffei adscribi; quia talis pro missio \* effeci Maffeum debitorem Fragotti summa à Corsis debite, Cinc. de censib. q. 73, n. 16, Greg. XV. decif. 386, n. 1, quæ ulterius præsumitur a Maffeo soluta, dum tanto tempore nusquam Fragottus Corsios molestavit, Corsii ex eadem causa se debitores Maffei in dict. calculo agnoverunt; ita ut hodie negare non possint solutionem quam agnoscendo debitum semel fassi fuerunt, \* nisi ipsi probent hanc negativam in qua fundatur error ab allegante plenè, & concludente probandus, Buratt. decif. 419, n. 1, decif. 592, n. 1. Rota inter recent. decif. 128, n. 13, p. 7.

Quæ tandem opponuntur contra fidem librorum, & partitarum calculi potuerant omitti, quia cum Corsii subscriperint calculo \* ex libris extracto, illos amplius impugnare non possunt, l. si ita stipulatus 126, §. Chrysogonus, ff. verb. oblig. Caputaq. decif. 363, n. 7, p. 2. Rota in recent. decif. 186, n. 1, decif. 302, n. 6, p. 5.

Quo verò ad fructus post annum 1623. Domini censuerunt illos nō deberi ad rationem census; quia census de dicto tempore fuit à Maffeo redemptus mediante solutione Balleonæ creditrici facta, quæ peperit extinctionem census, quavis in instrumento desuper celebrato Maffeus reportaverit cessionem jurium translative; quia talis cesso fuit reportata ad certos effectus ibidem expressos; Cumque ipse Maffeus esset impositor, ac principalis debitor census, illa operari non potest translationem jurium, sed habet vim extinctionis, \* ne in eodem subiecto detur actio & passio, Bart. in l. Modestinus sub n. 4, versic. aut solvens, ff. solut. Peregr. de fidei. a. 52, n. 34. Add. ad Greg. XV. decif. 75, n. 3, in fin. Rot. divers. decif. 123, num. 8, p. 2. decif. 426, sub n. 3, p. 2. recent. decif. 547, n. 4, apud Cenc. de censib. & in Romania census 1. Julii 1641, coram me.

At quoniā Maffeus, ut solveret censuario, vendidit Casale nuncupatum Arcionis, & sic ammisit fructus quos ex Casali percipisset, eodem conseque debet à Corsis, quibus extinguendi censum onus incumbebat, & à quibus indemnitas sibi promissa fuit: erit autem dictorum fructuum facienda liquidatio, quia hactenus non constituit quod ex Casali perciperentur.

Et ita decifum utraque parte informante.

### DECISIO XXXV.

R. P. D. PEUTINGERIO.

Signina Juris patronatus.

Mercurii 11. Martii 1648.

### SUMMARIUM.

- 1 Manutentio existenti in quasi possessione presentandi conceditur.
- 2 Præsentationes effectum sortitas fuisse, qualiter probetur. Ex quibus probentur, n. 3. Ut probentur, instrumenta requiruntur, num. 4. Declara ut num. 5. Fieri possunt per litteras, num. 7. A Domino factæ præsumuntur, num. 9.
- 3 Consuetudinem ad probandam, duo actus cum quadragenaria sufficiunt.
- 4 Enunciatiæ præsumuntur eadem, ubi non constat de titulo diverso.
- 5 Negativa est probanda ab allegante.
- 6 Vassalli probant pro Domino.
- 7 Testes examinati sine interrogatoriis probant.

**E**xcellentissimum D. Principem Burghesium manutendum\* esse Domini hodie dixerunt in quasi possessione præsentandi ad Rectoratum S. Stephani oppidi Montis Fortini, quia ultra ejus possessionem, titulum, ac immemorabilem, una cum præsentationibus continuatæ, & effectum sortitis per annos 50. ex authenticis scripturis producatis ostendit, ut voluit Gonzal. super reg. 8, gloss. 18, num. 23. Rota coram Greg. XV. decif. 222, num. 2, & apud Modern. Pisan. de Jure patr. decif. 10, num. 5. Quas præsentationes saltem per 50. annos, incipiendo ab anno 1594 effectum suum sortitas fuisse,\* demonstratur, eo ipso, quod hoc beneficium de illo tempore citra semper vocaverit per obitum præsenterum, juxta celebre consil. Oldrad. 229. à Rota receptum, etiam in terminis consilii, ut in decif. 545, n. 2, p. 1. divers. & decif. 481, n. 1, ad medium p. 1. recent. & coram Card. Seraphino decif. 1141, n. 2, versic. & istæ præsentationes, & in Mediolanen. Prioratus 14. Martii 1646, coram R. P. D. meo Corrado §. præsentationes ergo decif. 87. n. 5, p. 7, & decision. 224, n. 7, & 8, part. 1, recent.

Præsentationes vero hujusmodi probantur per authenticas scripturas, litteras, vel patentes cum sigillo, \* & subscriptione DD. dicti oppidi, quæ dicuntur scripturæ authenticæ, ut per Parlador. rer. quotid. cap. fin. p. 1, §. 11, nu. 10. & 11, quem sequitur Theodorus Hoepingi, in tract. de Jur. sigill. cap. 4, §. 1, n. 24. Eò magis, quia extræ sunt ex originalibus conservatis in Cancelleria Episcopali Signina, unde etiam ratione loci earum fides augetur, Dec. in cap. 1, n. 13, de fid. Instrum. Nicolaus Everardus in tract. de fid. Instr. cap. 2, n. 2. Scacc. de Jud. lib. 2. cap. 11. n. 755. usque ad 758. Franc. Marcus decision. 438, nu. 1, 2, 3, p. 1. Joseph. Ludovic. decif. Peruf. 115, n. 19, & 20. Quæ patentes litteræ ulterius adminiculantr, tam ex enunciatiis Ordinariorum in actibus institutionum, quam ex modo earumdem institutionum, atque etiam ex Testibus de eisdem dependentibus, administrula verò tribuere fidem scripturæ etiam informi minus sufficiente tradit, Socin. sen. consil. 33, n. 5, lib. 1. Simon de Praet. consil. 106, n. 30. Genua de script. privat. q. 4, n. 27, & seq. Non obstat, quod haec præsentationes factæ non fuerint

### Ad Materiam de Alim. Decis. XXXV.

65

fuerint per Instrumenta de ipsis præsentationibus coram Notario, + & Testibus rogata, & per documenta publica probari necesse esse, fuerit dictum decif. 197. n. 64, p. 5. recent. Neque sufficere litteras patentes, nisi probata consuetudine, sed publica Instrumenta præsentationum sub rogatu Notarii, & Testium præsentia requiri, tradit Lother. de re benef. lib. 2, q. 38, n. 36, & duobus seqq. sequendo dec. Bellamer. 311. Unde Ca telam tradit Vivian. de Jur. patr. lib. 11. cap. 7. n. 23, quod de præsentatione coram Notario, & Testibus Instrumentum conficiatur.

Quia advertendum est, Conc. Trid. in verbis non exigere Instrumenta publica à Notario confecta, sed tantum scripturas authenticas, ibi authenticis scripturis probentur. + Et in hunc sensum decrevit Rota, ut præsentationes authenticis scripturis probentur decif. 580, ante n. 1, p. 4. divers. Attamen magna est inter publicas scripturas, & authenticas differentia, quia omnis scriptura publica est authentica, sed non è converto, & quæcumque scriptura ex seipsa, vel ratione loci fidem faciens, licet non sit Instrumentum publicum, dicitur authentica cap. 2, de fid. Instrum. & ibi not. Abbaf. n. 1, & 2. Felin. n. 2. Dec. in c. 1. n. 10, & 11. Scaccia de Jud. lib. 2, c. 11, n. 1170, unde Rot. in dicta decif. 190, sub n. 64, part. 5, recent. requirendo documenta publica, non est de Instrumentis publicis, sed de scripturis autenticis à Concilio litteraliter requisit intelligenda, que ideo ad hunc effectum vim publici documenti habent, & Lother. intelligentius est juxta terminos decif. Bellamer. quam sequitur de literis patētibus, nec sigillo nec subscriptione munitis, ultra quod in casu præsenti intrat limitatio ejusdem Lotherii, quando adeat confutudo faciendi præsentationes per litteras patentes, dum quatuor præsentationes factæ fuerint de hoc beneficio per spatium 50, & amplius annorum, cum tamen ad consuetudinem inducendam, + duo dumtaxat actus, cum lapsu 40, annorum sufficerent, Jaf. in l. de quibus n. 95, ff. de leg. Paris. consil. 25, n. 27, lib. 4, Rota decif. 72, n. 27, p. 2, divers. & decif. 355, n. 2, p. 1, rec. Et Vivian. cautela, etiam si omisla, actum non viciat, cum nullus ex adverso allegatus contrarium dicat.

Neque fides harum litterarum patentium tollitur, ex quo in locis à Curia Episcopali Signina distantibus, sint confectæ. Quia licet alibi scripta, & per præsentandum, retinæ fuerint, + antequam Ordinario pro Institutione obtinenda exhiberentur, sufficit, præsentatum illas deinde ad dictum effectum Ordinario exhibuisse, tunc enim vim præsentationis habent, ut fuit dictum in Aquilana Juris patronatus 24, Januarii 1646, coram R.P.D. meo Corrado §. nam pro declaratione & tradit Lother. de re benef. lib. 2, q. 6, n. 35, & n. 38. præsentationemque fieri posse etiam per litteras probat text. in cap. ea no/ situr de his, quæ sunt à Prelat. & latè Lap. alleg. 75, n. 4, & sequitur Per reg. consil. 94, n. 8, in fine lib. 4. Abb. consil. 76, n. 2, lib. 2. Lamberti. de Jure patr. lib. 2, p. 1, q. 4, art. 16, n. 8, ac per totum Genua de script. priv. lib. 3, q. 26.

Nec præsentationes destruit, quod ii, qui præsenterunt, se Dominos dicti Oppidi in omnibus patētibus non enunciaverint. + Quia dum aliquæ similem enunciatiavm continent ex istis, alia patenter eodem jure, ac titulo factæ declarantur, dum de alio titulo non docentur factæ, Rota decif. 686. n. 17, p. 4, tom. 3, & decif. 184, n. 26, p. 6, recent. Quod comprobant Institutiones continuatæ factæ

Decisions ad Tract. de Alim.

per Episcopos tanquam de præsentatis à DD. opidi, & deponunt hoc expreſſe testes, super 8. Et ius patronatus præsumitur de pertinentiis Caſtri, + quando præsentationes continuaunt, ut hic, factæ fuerint semper ab iis, qui erant pro tempore DD. Caſtri, ut dixit Rota decif. 314, n. 3, vers. & quod ut in alia p. 4, rec. & in Pientina Juris patronatus 28. Junii 1641, b. me. Pirouano.

Non obstat, quod Institutiones factæ præs entdantur non prævio edicto, quia præter quod negativa + probanda estab allegate pro fundamento nullitatis, Corn. consil. 89, n. 11, lib. 3. Cephal. consil. 47, n. 4, & alii ex quibus sic resolvit Rota in Parmen. Benefici 3. Decembri 1635. coram Emineniss. Card. Verospio non inde infrigerentur præsentationes, nec minus quasi possesso præsentandi, ad quam sufficit, præsentationes fuisse admissas, & præsentatum cum effectu institutum, sive bene, sive male, ut post alios Garz. de benef. p. 5, c. 5, n. 104. Rot. coram Urgell. decif. 74, n. 28, & per Vivian. de jure patr. lib. 12, c. 4, n. 4.

Immemorabilis denique plenè probatur ex pluribus Testibus pro parte D. Principis examinatis in Rota, qui bene probant, licet sint de oppido Montis Fortini, + & sic Vassalli dicti D. Principis, ut in propriis terminis firmatur in decif. 250, n. 3, p. 4, rec. Farinac. de testib. q. 55, n. 263. Et etiam si fuerint examinati sine interrogatoriis Promotoris Fiscais Mensæ Episcopalis Signinae, \* quia citatus ea non dedit, Decian. consil. 51, nu. 121, in fin. lib. 2. Farin. de Testib. q. 73, n. 7, & 73, & plurimi relati ab Adden. ad Buratt. decif. 100, n. 28, & 29. Quam probationē non infringit licentia reconducendi testes sumptibus petentis obtenta, quia sibi Promotor Fiscales imputare debet, si tanto tempore, ut poterat, reconduci testes non curavit, testibusque expensas pro accessu ad Urbem, ut debebat, non subministravit, Rota decif. 294, sub n. 11, vers. & non placuerunt, inter impress. post 2, vol. conf. Farinac.

Quare cum requisita à Concilio Tridentino D. Princeps pro dicto patronatu probaverit, Domini in quasi possessione præsentandi ad hoc beneficium manutendum esse resolverunt, utraque parte Informante, &c.

### DECISIO XXXVI.

R. P. D. CERRADO.

Romana fideicommissi de Cosciaris.

Lunæ 16. Martii 1647.

### SUMMARIUM.

1 Filia tantum censemur comprehensa, quando testator ad eas se restrinxit, & n. 2, & 3.

4 Alternativa arguit similitudinem qualitatæ utriusque subjecti.

5 Filiarum appellatione nepotes non veniunt, quando facta mentione proprii nominis, relativè disponitur, & n. 6.

7 Ultimi in persona fideicommissum expirat.

8 Substitutione ex perpetua masculorum descendenti non interficit ad similem femininarum simpliciter vocatarum.

9 Renunciatio realis facta per Moniale excludit ipsum, & Monasterium. Non comprehendit fideicommissum, non facta renunciatio, l. de his, ff. de transact. num. 10. Declara ut num. 13. Facta per ingredientem Religionem sustinetur facilius, quæ facta in seculo, num. 14. Se habet ad infar donationis

f. 3 donationis

## S. R. R. Decisiones

- donationis causa mortis, n. 23.  
 11 Fideicommissum adhuc non purificatum cedi, & renunciari potest, & n. 12.  
 15 Rot. decis. 523, & 724, part. 4, tom. 2, recent. declaratur.  
 16 Insinuatio non requiritur in renunciatione ex causa religionis, nec solemnitatis, & n. 22. & n. 26. In renunciatione rei incertae, non requiritur, n. 25. Ex lapsu temporis praesumitur, n. 27.  
 17 Tutoris unius, ex pluribus interventus sufficit.  
 18 Error Notarii non attenditur, sed corrigi debet.  
 19 Tutor duos actus simul facere non prohibetur.  
 20 Judicis pro decreto praesumitur.  
 21 Propinquiores adfuisse, qui potuerint interesse contractui minoris, qui allegat probarentur.  
 24 Dos minor constituitur Moniali, quam nubentis in seculo.  
 28 Observantia altera a conventionis, conventionem aliam presupponit.

**P**etebar pro parte RR. Monialium, & Monasterii Immaculatae Virginis, in Campo Martio, ex personis RR. Eleonorae, Marcellae, & Mariae Diana in eo professorum immisso in possessionem Caefalis nuncupati de Vallerano quam subjecti fideicommisso per quondam Pacificam de Matthaeis ordinato, quod per mortem Joan. Hieronymi Cosciari ultimi ex descendenti illius masculis pretenditur ad earum, vel alterius ex eis favorem purificatum. Verum causa plures proposita, & exacte discussa Domini resoluerunt non esse concedendam.

Quia Testatrix dispositio his verbis conscripta, Herede suo universale istiuijce, efa M. Marco Antonio Cosciaro figliuolo legitimo, & naturale di M. Ludovico Cosciaro suo figliuolo, & tutti li altri figliuoli masculi pure legitimi, & naturali, che naceranno dal detto M. Ludovico &c. Et substituise li figliuoli masculi del predetto M. Ludovico l'uno all'altro morendo senza figliuoli masculi legitimi, & naturali, e con li descendenti loro pur masculi legitimi, & naturali in infinitum. E li prohibisce a tutti l'alienazione dell'i beni stabili di detta hereditate per qualisvolgia causa, salvo per causa dell'i debiti, che sin ora si trovano di essa Testatrice, e del detto suo figliuolo per cause civili, e cause di dote. Mancando la linea masculina legitimata naturale del detto suo figliuolo succedano in tal caso, non altrimenti le figliuole feminine, overo M. Antonio figliuolo naturale del detto M. Ludovico, se piu piacerà al detto M. Ludovico &c. Visa fuit Dominis comprehendere solam Eleonoram filia dicti Ludovici, ad ejusdem Pacificae neptem superitem tempore mortis prefati Joan. Hieronymi, non autem Marcellam pronepem ex M. Antonio nepote, neque Mariam Dianam abneptem ex eodem Joan. Hieronymo pronepote ultimo defuncto progenitas. Nam licet illa foeminarum substitutio apta sit comprehendere descendentes omnes ex masculis prænominitatis, quin potius ad dicti filiam ultimi gravata referenda videatur. Tamen in proposito casu ex ipso testamento contextu, legitimisque conjecturis inde resultantibus constat disponens voluntatem, (qua maxime attendi debet) ad filias foeminas prefati Ludovici fuisse restrictam. Ideo illæ & tantum censi debent comprehensa, l. cum pater. §. hæreditatem, n. 1. ff. de leg. 2, Ruin. consil. 142, sub n. 17, versic. præterea

in casu lib. 3. Bero. consil. 83, sub n. 15. vers. & eis, lib. 2. Gabr. consil. 86, n. 17, vers. & generaliter cum queritur, & consil. 107. nu. 8, vers. nam quonies, lib. 1. & consil. 130, n. 33, vers. imo etiam, & sub nu. 38, versic. non obstat quod substitutio, ac seq. lib. 2. Eugen. consil. 94, sub nu. 18, vers. iudicium non procedit, & sub n. 25, versic. non obstat, lib. 1. Laderch. consil. 135, sub n. 3, vers. existimatio tamen, ac seq. & consil. 136, sub n. 4, versic. n. 6 dicatur, & seq. usque ad fin. Surd. consil. 31, nu. 33, versic. & ratio prædictorum est, & consil. 362, sub n. 10, vers. quibus sic positis, cum seq. Menoch. Præf. 94. n. 3, vers. prima est conjectura lib. 4. Rot. decis. 460, sub n. 3, in fin. vers. illa tamen non procedit &c. & decis. 510, sub n. 2, vers. quia placuit responsio p. 1, & decis. 627, sub num. 4, vers. ex quibus, p. 2, recent.

Hæc autem Testatrix voluntas (prætermis generalibus argumentis, quæ à DD. adduci solent, & per informantes repetuntur) specialiter in hoc casu probatur. Primo quia ipsa dispositio unica oratione, ac verborum periodo concepta, & quod deficiente linea dicti Ludovici ipsius filii, succedani filiae foeminae, vel Antonius filius naturalis prefati Ludovici aperte designat filias eiusdem Ludovici verbis immediate antecedentibus, ac subsequentibus nominati, & contemplati, quibus media declarantur, l. hæredes palam. §. 1, vers. sed & si, ad fin. ff. de testam. l. si servus plurium, §. fin. versic. item earum, ff. de leg. 1, glossa in l. ille a quo. §. fin. de testamento, in verb. verba fideicommissi ff. ad S. C. Trebel. Bart. in auth. hoc locum, sub n. 12, in fin. vers. voluntatem testatoris, Cod. se secund. nups. mul. Alexan. consil. 56, consideratis verbis testamenti, sub n. 2, versic. & satis patet ex prædictis, lib. 1, Dec. consil. 92, vñ puncto n. 2, versic. unde succedit. Corn. consil. 59, n. 16, versic. itaque dicta verba lib. 2. Bero. consil. 83, sub n. 15, versic. huic sententiae lib. 2. Mantic. de conject. lib. 6, tit. 13, sub n. 1, in fin. versic. nam ex præcedentibus, & sequentibus &c. Laderch. d. consil. 145, sub n. 3, versic. quare cum tam priora verbis, quam posteriora &c. & seq. Rot. penes Buratt. decis. 782, sub n. 4, versic. cum præcedentia, & decis. 930, sub n. 5, versic. & sic etiam &c. & in recent. decis. 41, sub n. 3, versic. ut ergo part. 2, & decis. 93, sub n. 18, in fin. versic. utique, & seq. ac decis. 111, n. 42, versic. unde dicitur, & seq. ac decis. 111, n. 42, versic.

Secundò, quia verba illa in fine dictæ periodi adiecta del detto M. Ludovico &c. non solum concernunt, ac referuntur ad Antonium filium naturalem, sed ad filias quoque foeminas Ludovici eodem contextu alternativè vocatas; Sicut verbum antecedens (succedano) tam illas, & quam illum pariter respicit. Ideoque omnes, unica oratione comprehensi, eisdem verbis pariformiter determinantur, & qualificantur, ad l. jam hoc jure, versic. sed si alterius, ff. de vulg. & pupil. l. quamvis, Cod. de impub. & aliis subfit. Vel saltem una pars declarat aliam, l. 1, ff. de reb. dub. Bart. in l. prætor. §. eritque hæc differentia, in fin. princip. versic. nam cum omnia, & sub n. 1, vers. aut inseruntur sub eadem oratione, ff. de vi bon. rapt. Franc. Aret. consil. 1, sub n. 12, versic. & hæc sententia, Paris. consil. 72, sub n. 35, vers. & ipse Curt. &c. lib. 4. Crav. consil. 208, sub n. 6, versic. ad idem. Surd. decis. 88, sub n. 22, versic. & quando unica est oratio, cum seqq. Rot. decis. 70, nu. 2, versic. nam in dicti privilegi. & decis. 780, n. 12, vers. dictum fuit, p. 1, divers. & penes Ian. mem. Greg. decis. 85, n. 19, vers. und. dicendum, & in rec. decis. 407, sub n. 8, vers. tum quia clausula p. 3, & decis. 194, p. 95, vers. ita ut, p. 5.

Tertiò

## Ad Materiam de Alimentis. Decis. XXXVI. 67

Tertiò, quia alternativè vocatae fuerunt filiae foeminae, vel Antonius filius naturalis Ludovici; quæ quidem alternativa regulariter arguit similitudinem qualitatum & utriusque subjecti sub ea comprehensu, dict. leg. 1, ff. de reb. dub. & ibi Bart. & DD. Bald. consil. 33. verba instrumenti, sub n. 1, versic. erit ergo sensus iste. lib. 1. Crav. consil. 899, n. 6, versic. id enim alternativa habet &c. Alb. consil. 234, n. 14, versic. quarta ratio, & n. 13, versic. quinto vulgare est, ac seq. & consil. 531, n. 46, versic. nam si illa dictio, &c. dicens quod prior pars orationis alternativa debet intelligi, juxta secundam partem Ceph. consil. 53, n. 67, versic. & de natura alternativa est, ac n. 91, versic. quæ conclusio cum seqq. & consil. 450, n. 31, versic. quibus accedit. Rim. jun. consil. 676, n. 33, versic. & nec illa verba. Laderch. dict. consil. 92, n. 10, versic. quarto quia. Rot. penes bon. mem. Card. Seraph. decision. 376, n. 4, versic. cum una pars alternativa, ac decision. 393, n. 8, versic. cum enim, & in hac specie probat Surd. d. consil. 315, sub n. 3, versic. ergo clausula, & seq.

Quarto, quia plures in eadem ipsa oratione facta fuit metu de linea, filii, & persona Ludovici, concessaque illi facultas præferendi proprium filium naturale filibus foeminae, additâ semper dictio illâ, di detto M. Ludovico, & quæ magis convincit ejus filios personam fuisse apprimè consideratam, ac præ oculis semper habitam à Testatrix, Bart. in l. talis scriptura, sub n. 4, versic. quero ergo quod si testator, ff. de leg. 1. Crav. consil. 98, n. 8, versic. tercia restrictio. Menoch. consil. 86, n. 43, versic. quod ex eo confirmatur, cum seqq. Surd. dict. consil. 31, n. 32, versic. ita quando, & dict. consil. 315, n. 3, versic. & dictio. Handed. consil. 499, n. 14, versic. ponderando, & seq. lib. 2. Rot. dec. 47, sub n. 2, versic. ponderando maximè, & dec. 320, n. 3, versic. præsertim, & dec. 390, sub n. 5, versic. cum igitur, part. 3, & dec. 194, n. 5, versic. quæ sunt personalissima, & dec. 458, n. 66, versic. cum dictio, part. 5, & dec. 15, sub n. 8, versic. quæ verba, &c. part. 7, recent.

Quinto, quia in præcedenti quoque institutione, ac substitutionum serie, quoties Testatrix eodem nomine filiorum sua fuit dispositivè, addidit semper (di M. Ludovico.) + Unde magis enixa, atque propensior erga illum, ac ejus filios elicitor ipsius voluntas ad interpretationem hujus posteriorum plurimum conferens, l. qui filiabus in princip. ff. de leg. 1. Rim. jun. d. consil. 676, n. 23, versic. sed utcumque sit. Menoch. dict. consil. 215, sub n. 48, versic. cum itaque & seqq. Surd. consil. 369, sub n. 16, versic. sed etiam colligitur voluntas &c. ac seqq. & consil. 375, n. 11, versic. & illa repetitio, &c. Rot. decision. 566, sub n. 2, versic. & propterea part. 1, recent.

Neque obstat quod præcedens substitutione interdescendentes masculos institutorum in infinitum ordinata videatur adversari prædictæ interpretationi, atque convincere vocationem foeminarum postremo loco factam de filiabus eorumdem masculorum, & præsertim ultimi descendentes intellegandam, non autem Ludovici, quæ longissimo exacto tempore, quo descendencia masculina erat verisimiliter duratura, supereesse non poterat.

Quia licet Testatrix perpetuum constituerit inter ejus descendentes masculos fideicommissum, quod diutissimè permanetur speraret, cum tamen illius duratio non penderet à voluntate ipsius; Ideo prudenter animadvertis, quod ciuius etiam quā ipsa optaret extingui poterat, (sicut videmus in dies contingere.) Volut hoc evenien-

te casu viventibus adhuc filiabus Ludo vici illas succedere, sive Antonium illius filium naturale, si tunc superstes, & à patre præelectus fuisset, ut legitur in testamento; Si vero ultrà earum vitam linea masculina protraheretur, nihil aliud dispossuit, ac proinde in persona ultimi ex ea terminabat fideicommissum, ut probatur ex text. in dict. l. cum pater. §. hæreditatem in fin. versic. viriles autem ubi gloss. in verb. non fuerit, ff. de leg. 2. Roman. consil. 438, sub n. 15, versic. quidam vero Moderniores. Soccin. jun. consil. 30, sub n. 27, versic. nec quicquam obstat lib. 3. Ruin. consil. 38, in fin. versic. postremo, lib. 3. Alciat. consil. 31, sub n. 39. versic. nec obstat quod conditio recipiat futurum lib. 9. Laderch. dict. consil. 136, sub n. 6, versic. tertio & hæc responsio cum seq. Atque ita hujusmodi objecto bene respondit Rot. Bonon. apud Cas. Barz. decision. 4, sub n. 44, versic. Quartum pariter resolutum fuit non obstat cum seqq. usque in fin. Neque ex perpetua descendentiæ masculorum substitutione + (cessantibus legitimis conjecturis, quæ omnino in hac parte deficiunt) inferri potest similis foeminarū post eos simpliciter vocatur. Crav. consil. 131, sub n. 4, versic. tractus autem temporis. Alciat. consil. 5, sub n. 40, versic. In casu enim nostro lib. 4. Laderch. consil. 58, sub n. 31, versic. respondet, &c. Peregr. de fideic. art. 18, sub n. 13, versic. Contr. tamen decidit cum aliis adductis in decision. 357, nu. 6, versic. non obstat, & seq. part. 1, recent. & penes Card. Cavaler. dec. 496, sub n. 8, versic. sed quod filii Fabii & seq. & per Fusar. de subfit. q. 450, sub n. 1, versic. Unde fideicommissum, &c.

Firmata igitur vocatione Eleonoræ. Sequitur quod cum illa ante ingressum in Monasterium cesseret amplissimè ac renunciaverit M. Antonio, ac ceteris ejus fratribus omnia ejus jura præsentia, & futura super quibuscumque bonis hæreditariis ex testamento, & ab intestato, ac etiam substitutionib[us] paternis, maternis, avitatis, & alii purificatis, ac purificandis, + ut legitur in Instrumento rogato per Curtium, Saccotum Notarium sub die 27. Novembris 1584, non potest modo ipsa, nec ex ejus persona Monasterium illa exercere præfati testamenti vigore, cum fuerint irrevocabiliter acquista cessionariis, ac eorum hæreditibus, & successoribus (qualis in effectu est D. Victorius) ut in terminis beni' probant, aliis relatis, ac reiectis contrariis, Didac. in Relect. cap. quamvis pactum p. 3. §. 2, sub n. 3, versic. contrariam sententiam & seq. Franch. dec. 375, sub n. 1, versic. excipiebat contra prædictas sorores & seqq. Peregr. consil. 54, sub n. 16, versic. circa autem cessionem & renunciationem ac seqq. libro 5, & Mastril. dec. 65, a. n. 7, versic. Id est statibus prædictis renunciationibus cum seqq. Rot. in Viterbiæ. Bonor. 2. Mai 1614, coram bou. mem. Manzanedo in recent. dec. 587, n. 9, versic. Ex his inferebant Domini, & per tot. part. 1, in Romana fideicommissum de Coron. 26. Novembris 1627, coram bon. memor. Card. Viril. decision. 109, a. n. 1, versic. nam Francisco & seqq. p. 5, & in Perusin. hæred. 7. Febr. 1628, coram eodem Viril. dec. 141, n. 12, versic. Renunciations ergo supradictæ eadem part. 5, & penes Buratt. dec. 310, sub n. 5, versic. quo vero ad Margaritam & seq. usque in finem, & in Roman. fideicommissum de Incoronat. 5. Novembris 1639, coram bon. mem. Pirouano in §. Sed propterea, & in Maceraten. pecuniar. 20. Junii 1644, coram R. P. D. meo Oithobono in princip. & per tot. & ex aliis Modern. Rom. discept. 568, a. n. 18, versic. stante igitur ac sequentibus.

Neque subsistit, quod ejusmodi renunciations fideicommissum, de quo agitur, non comprehen- dat